1a 2

Φιλιππούπολις. Ηράκλεια
Ευμολπιάς. Πέρινθος.

Inter quae tam suspensa advenere subito missi ad eum (legatorum ...) Theolaiphus atque Aligildus, defunctum Constantium nuntiantes, addentesque quod eum voce suprema successorem suae fecerit potestatis. qua re cognita post exemptos periculorum aestus et bellicarum sollicitudinum turbas imminentes elatus, jamque vaticiniis credens et celeritatem negotiis suis aliquotiens profuisse expertus, edixit iter in Thracias, motisque propere signis emensa celsitate Succorum Philippopolim petit, Eumolpiadam veterem, alacri gradu, sequentibus, quos duxerat cunctis. advertebant enim imperium, quod ereptum ibant cum ultimorum metu discriminum, praeter spem ordinario jure concessum. atque ut solet fama augere, properabat exinde sublimior ut quodam Triptolemi curru quem ob rapidos circumgressus aeriis serpentibus et pinnigeris fabulosa vetustas imposuit, perque terras et maria formidatus, nullis obstantibus muris, Heracleam ingressus est Perinthum.

Am. Mar.
[illegible]
XXII. 2.

1b

Αδριανούπολις Φιλιππούπολις.
Σαρδική. Θράκης.

Obsessi vero apud Hadrianopolim, post ferorum abitum perduellium, cum vacare hoste loca proxima compertae fidei nuntiassent exploratores: egressi media nocte, vitatis aggeribus publicis per nemorosa et devia, pars Philippopolim, exindeque Serdicam, alii ad Macedoniam cum intemeratis opibus, quas habebant, [illegible] studio ad properandum excogitans [illegible]ebant, velut in regionibus illis repperiendo Valente: quem inter medios certaminum turbines oppetisse, vel certe ad tugurium confugisse, ubi aestimatur est [illegible] periisse flammarum penitus ignorabant

Am. Marc. [illegible] XXXI.16.7.